



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. Quæ sint, & dicantur distributiones quotidianæ, & quotuplices, & ex quibus bonis decuci debeant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

S E C T I O II.

De distributionibus quotidianis.

Qua sint, & dicantur distributiones quotidianæ, & quomplexes, & ex quibus bonis deduci debeant?

Distributiones quotidianæ, propriè loquendo, sunt illa portiones reddituum Ecclesiasticorum, quæ distincta à præbendis, sive fructibus grossis beneficiis, quotidie distribui solent illis, qui Divinis officii intersunt, & ab aliquibus beneficia manualia, virtualia, aut presentia dicuntur, sive deinde in certis mensuris frumenti, vini pecunie solvantur, &c. Quamvis enim in quibusdā Ecclesiis nullæ præbendæ, seu fructus grossi habeantur, sed fructus omnes in communi reponantur, & ex illis, singulis diebus, certa portio Canonico cuilibet, qui Divinis interest, detur, propriè tamen loquendo de his portionibus intelligi non debent, quæ de distributionibus quotidianis statuuntur, cum in talibus Ecclesiis tales in singulos dies distributæ portiones, præbendæ potiùs rationem habeant (ne Canonici sit sine præbenda) quàm distributionum quotidianarum, à præbenda distinctarum: & hinc etiam, quia, quæ de distributionibus his quotidianis statuuntur, intelligi non debent de fructibus grossis, seu præbenda, potest alicui per privilegium competere, ut absens etiam fructibus (grossis) sui beneficii frui possit, non tamen distributiones quotidianæ huic etiam absenti debentur; & potest quis

privari fructibus sui beneficii, vel certis illis non gaudere, cui tamen concedatur distributio quotidianæ, &c. Deduci autem debent distributiones in quotidianæ juxta novum decretum Tridentini (quod tamen non ubique receptum videtur) si vel nullæ sint in Ecclesia aliqua Cathedrali, aut Collegiata, vel ita tenues, ut facillè negligantur, ex quibuscunque proventus, & obvenciam tam Dignitatum, quàm Canonice Personatum, & officiorum, (ita ut certia pars talium fructuum separetur, & distributiones quotidianas convertatur) si residentiam talia beneficia regunt, & in illis Ecclesiis existant, de quarum distributionibus agitur.

§. II.

Quibus distributiones quotidianæ dari debeant, & ex quibus causis non absentes illas percipere possint?

Quòd de jure communi illius tantum Ecclesiæ Canonici, ac Beneficarii hæc quotidianæ distributiones dari debeant, qui in loco talis Ecclesiæ tantùm morantur, sed divinis etiam in talibus horis intersunt officii, proprie dantur distributiones, nisi à præbenda in divinis officii necessitas illos compellat, iusta, & rationabilis, vel infirmitas vel Ecclesiæ illius evidens utilitas excuset, ex c. Unico b. t. in 6. par. 1. & quoniam hujus capituli constitutio approbata est etiam à Tridentino, & in eum referri jubeatur sess. 24. c. 12. de refer. ubi obstantibus quibuscunque conluentibus, & statutis, quia tamen præcis multarum Ecclesiarum Cathedralium plures contraria, potest meritò dubitari, unde